

A Dioecles à Medis iustitia nomine rex designatus, iussit eos oppidum condere: atque eo uno communio exornatoque, aliorum non ita magnam curam habere. Obsequenibus igitur Medis, moenia construxit ampla simul & valida, ea qua Ecbatana appellantur, in quibus murus unius alteri in ambitu veluti contiguus erat: sic nimirum constitutis moenibus, ut ambitus singulis gradatim essent sublimior, solumque pinnis prominerent. Adjuvabat hoc loci ipsius commoditas, qui collis instar erat elevatus. Accessit etiam majus quiddam singulari studio factum: ut ambitus isti numero essent septem contigui, singuli suis distincti coloribus: in quorum postremo regia erat, & thesauri. Primi ambitus pinnæ colore erant albicante, secundi nigro, tertii purpureo, quarti castro, quinti sandaracino: postremi vero duo, alter argentatus, alter inauratus habebat pinnas. Atque hinc munimentis Deioeces se famaque cinxerat regiam: reliquum vero populum iussit eorum iuxta moenia circumquaque habitare. *Herodotus lib. 1.*

Bonifacius IX. anno 1400. Romæ molem Adriani, quæ diu ante dūmis obstita, in caputurum pascua fuerat destinata, additis circa moenibus, & turri in medio excitata, in eam quæ nunc extat arcem, restituit, Romanosque domuit, Vexilliferorum eligendorum potestate illis erepta. *Blondus lib. 10. Decad. 2.*

Friedericus II. Imperator in præcipuis urbibus regni Apulie, & Italiae Siciliæ, innumera splendida curavit extrui ædificia. Inter alia contulit in Brucis civitatem Aquilam, Neapoli arcem Capuanam, turrim & pontem Capuæ, arcem Tranensem: in Thucia arcem Prati, & arcem S. Miniati in rupe edita: consimilem in rupe Cefenæ, Faventia, & Cervia: atque hinc inde Palatia & Tempia. *Collenius lib. 4.*

Friedericus III. Imperator Viennæ & in nova civitate Austriae arces magnificè instauravit, ut Sigismundus olim Budæ. *Æneas Sylvius lib. 1. Commentar. in Panor. de Alphonso rebus gestis.*

Alphonus Aragonum rex, arcem regiam, quam Nostam Neapolitani vocant, à fundamento restituit: & ita demum novis operibus ampliavit, ut cum omni vultu possit de magnificentia contendere. *Panorm. de rebus gestis Alphonso lib. 1.*

Ex quo Turcorum rabies Christianorum Imperia occupavit, plures arces adverserum eorum insultus, & tyrannidem excitata fuerunt in regno Hungariae, ac potissimum duæ limitanea, Januarium, & Comortia. Prior ad sinistram defluentis Danubii ripam, & Raab dicta; & paludibus, & Danubio cincta.

Proxima est Comortia, quam Ferdinandus I. Imper. eo loci magni sumptibus extruxit, ad vicinæ Regionis tuteam, in angulo Danubianæ Insulæ dictæ Schuta. Est formæ triangularis, & velut jacentis in solo pyramidis. Cujus ut cacumen fastigiatum superat longitudine duos inferiores angulos; ita etiam è tribus propugnaculis, quibus munitur, unum illud ceteris amplius est, & sublimius: oppugnavit hanc arcem Turca anno 1594. sed irritò conatu. Ita octo globos ferreos, singulos xxxvi. librarum, invenerunt, quos in unius propugnaculi oppugnationem impegerat. *Theatrum Civitatum tom. 5.*

Præter jam dicta, est Arx munitissima quam Ovvar Hungarico idiomate appellant, in superiori Pannonia, loco paradiso, & inaccesso, sex propugnaculis circumdata, & elegantis dispositione firmata, ac numeroso præsidio & machinis aneis instructissima. *Ibid.*

Etiam Vicegradum arx est vetus, in rupe altissima, inter Strigonium & Budam, munitionibus, omnique genere armature validum. *Ibid.*

Neque cedit Arcium multitudinè, munitione, elegantia, Belgium ullis exterarum gentium Provinciis, ut in quo, præsertim duranstibus bellis istis civilibus, plures excitatæ. Quibus eminet Castrium Antverpiensè, quod Ferdinandus Alvarez Albe Dux & Belgicæ gubernator, armis & bello, quam prudentia & consilio feliciter extruxit, & quinque munitionibus sive propugnaculis, & fossis altissimis, muris denique latissimis, & armamentiis instructis; tantæ autem est capacitatis, ut medioere oppidum adæquet, & plura præstidiorum millia capere non solum, sed & in aciem produceret valeat. Habet Gandavum, Flandriæ Metropolis, non contemnendam Arcem, etiam nuper ædificatam, vestigiorum vero Namurcum in rupe excelsa, & inaccesca.

* In Italia: Mediolanensis arx à Carolo V. instaurata, & E nuper per Comitem Fontanum novis propugnaculis aucta, etiam celebratur.

* Cæterum memorabile & egregium Reipublicæ Venetæ monumentum est, nova illa & fortissima civitas Italia, & Christianæ fidei propugnaculum Palma, in patria Forojulienfi, ad maris Adriatici ostium nuper anno 1594. ædificata. Novem habet propugnacula, quæ à se invicem distant passibus cc. Fossæ aquis repletae, latæ sunt passus xxx. alta, seu profunda xii. Portas habet tres, & areas spatiosas ix. Turris munitissima in centro, omnes portas & areas respicit. Quæ omnia ex Icone nuper vulgata colliguntur, eamque videre est in *Theatro Civit. Tom. 5.*

ARCES,

Occupatae.

Quum David omnium tribuum consensu suscepisset regnum totius gentis Israeliticae, jamque constitisset regiam suam statueret in monte Sion, quæ tum erat arx Hierosolymæ, quam id temporis obtinebant Jebusæi: denunciaturum est illi à Jebusæis, non futurum, ut ingrederetur urbem, ni prius amovisset caecos & claudos. *2. Reg. 5.* Quidam existimant per contemptum dictum: Huc non ingredieris, nisi sustuleris propugnatores moenium, quibus tonduis sufficim caeci claudique nostri. Hebræi solent fingere fabulas, per quas explicent nodum questionis. Ajunt, in moenibus urbis positas fuisse duas imagines, Isaac & Jacob: quorum illi legitur caecutisse senio, hic claudicasse ex luctu cum Angelo. Has idè collocatas, ut essent monumentum fœderis, quod olim pepigerant cum Abrahamo. *Gen. 21.* His igitur sublati, capta est arx. *Erasm. in Adg.*

* Molem Hadriani, quam Castrium S. Angeli appellant, occupavit Borbonius tempore Caroli V. Imper.

* Arcem Vicegradum, & Javarinum, quod Raab vulgò, expugnavit Turca, magno Christianorum damno; Sinan Bassa ingentes copias eò adducite, & per Principum Christianorum dissidia, & continua quinque dierum oppugnatione post eversa propugnacula & cuniculos eadem fatigante, Raab quidem obtinuit die 13. Septemb. 1594; & Vicegradum diu ante, quando Strigonium fuit à Turcis expugnatum.

* Joannes Austriacus, naturæ, corporis, animique dotibus excellentissimus Princeps, qui de Sarracenis prædictæ navali prælio commisso triumphavit, à Philippo II. Hispan. Rege ad Belgarum gubernacula missus, anno 1576. gliscenre adversus Regem rebellionem ordinum, magno adu arcem Namurcensem occupavit, & ex ea demum res suas stabilite cepit, quod per hanc Regis copias & auxilium in reliquum Belgium aditum passasse videretur, undè mox commisso haud procul inde cum rebellibus prælio, eorum copias fudit, fugavit. *Historia belli Belgici. Supplementum Opmeri per Laurent. Beyerlinck.*

ARCES RECEPTÆ.

Consule locum Stratagematum, Arces recipere. Illic Prudentia recipientis, hic Opulentia receptæ habetur ratio.

Anno 1466. Stochoviae arcis in Prussia, nomine regis Polonorum, contra Cruciferos præfectus Georgius Dambrovius Martinum Sissovicum nobilem Pomeranum, captum, in arce asserbat, quoad se magno ære redimeret. Innuatrat is se in familiaritate præfeci ita, ut libertus in arce diversaretur. Erant ibi in præsidio Pomerani Polonis intermixti. Cum his igitur Sissovicus clam de prodicione pactus, cum cognitum haberet angustiam rei frumentariae in arce, ultro pollicitus est dono aliquantum vim farinae. Dimisit eam ob rem à credulo præfecto, quatuor curus farina onustos addoxit. His vero quateros expeditos pedes quasi contodiz & præfidii causa adjunxerat. Cum quibus in arcem intromissis, præfectum arcis, & quos de militibus fidos ipsi esse arbitrabatur, adjuvantibus ex condico Pomeranis præstidariis, comprehendit, & in imam turrim demisit, arcemque in possessionem suam rededit. Poloni arcem oppugnare comabantur. Excurrerant eò quadraginta pedes Joannis Cofelecii Palatini Inovaladislavienfis, sive ut fontanam

A tum tentarent, sive ut aliquid è subjectis agris raperent. Eos Sissovicus ex arce conpnicatus, omnibus militibus, quos in præsidio habebat, deductis, persequi iussit. Sacerdotes tantum duo cum ludimagistro & aliquot scholasticis adolescentibus in arce remanserat, quævis Pomerani, tamen benignioribus usi Polonis, permolestè ferebant eos per dolam arce excidisse. *Æi ergo lollitundem nacti, occasionem referendi gratiam bene meritis non neglegendam sibi esse rati, portas arcis superioris occlusis ostioque turris refracto, Georgium Dambrovium cum sexdecim locis castibus venatoris submissis extraxere, & cum his patitur clamorem sustulere: quo consternati Pomerani, cum in arcem se recipere vellent, subeunteque taxis superè dejectis arcerentur, fortis verò à quadratana illis pedibus, significatione eorum qui in arce erant, animatis, paterentur, correptis & consentis celerimè equis Dambrovii, qui in inferiori arce stabulant, in Stolpeniëm ditionem profugerunt. Remunerati à rege sacerdotes & scholastici.* *Cromer. lib. 26.*

Antriacus Pifanae arcis à Carolo VIII. rege Gallie constitutus præfectus, in incredibili Delantia virginis sive amore deflagrans, in ejus gratiam atque Pifano populo dediturum se promittebat, Pifanos igitur ingens cura conquirende pecunie magnopere angebat, perloquendum enim erat præcui coemptæ arcis, quod publicè & privatim exhaustis gravissimum erat, quum quadraginta millium aureorum numum summam omninò superaret. Sed tanta erat omnium alacritas pro defendenda libertate, ut ultro nobiles matronæ ornamenta sua, annulos, monilia, fibulaque zonarum conferrent: qua omnia Lucia Senstibus pecuniosis mercatoribus in mutam pecuniam pignori mittebantur. Tantum enim pecunie Pifani vix toto verente anno in bellicos sumptus impenderant, ut nihil jam veteris argenteæ (supellectilis usquam reperiretur, & vestigialium reditus multo quam antea deterioris facti essent, præverentibus eos publicanorum usuris, qui publicam egelabant ab initio præcui pecunia sublevant: adeo ut jam quosdam civis, si bellum foret diuturnum, recuperatæ libertatis pœniteret. *Jovius lib. 3. Hist.*

* Anno m. d. xcv. Arx munitissima Vicegradum, quæ Germanis est Plindeburch, ad dextrum Danubii latus, inter Strigonium & Budam, postquam annis pluribus in Barbarum fuerat potestata, à Christianis fuit recepta.

* Urberem & arcem Tergovistam, tormentis, & commœtu abundantem, & numerofo Turcarum præsidio munitam, nuper Sigismundus Dux Transylvaniz recepit, fugato Sinanis Bassæ exercitu, omnibusque præstidariis ad internecionem deletis. *Theod. de Bry, in hist. rerum Hungaric.*

Munitissimum Hungariæ propugnaculum Laurinum sive Raab, quod anno 1594. mensis Septembris, Sinan Bassa obtinuerat, illustri Baro Schuartenburgio, egregio stratagemate intercepto anno 1597. Modò magna sollicitudine adversus Turcarum ferociam custoditur, & eos in officio cohibet. *Theatrum Civitatum tom. 5.*

* Juliae metropolis Ducatus Juliæcensis arcem habet munitissimam, quamvis ipsa etiam natura loci aliis validioribus non cedat robore, & fossarum munimentis, ædificatam ad formam arcis Antverpiensium. Hanc ab annis 10. aut circiter Mauritius Nassovius longa obfidione præsam, tandem suæ potestatis fecerat, novisque machinis auxerat, fortique præsidio firmarat. Donec nuper, anno scilicet 1621. Henricus Comes Bergensis, & arcem & urbem, ingravescente annonæ caritate ex annua penè obfidione, cum nihil inferri desoris ad victum necessarium posset, nomine Imperatoris Ferdinandi, quoadulque de vero illis ditionis possessore per sententiam constitit, recepit, totoque illo territorio potius fuit.

ARCES DESTRUCTÆ.

Sub ipsa Civiliūm dissenfionem, quas novum Evangelium in Belgio excitaverat, initia, rebellis populus, quò magis res suas firmaret, Arces, omnes quas munitissimas Ferdinandus Albæ Dux extruxerat, deiecit, non obstantibus patris cum Carolo V. Cæsare initis. Itaque anno m. d. lxxxii. Antverpiensis arx, quæ urbem spectabat, pulsis ex ea Germanis, xxix. Augusti, magno Civium, quos paulò ante Hispani rebelles, qui hic in præsidio fuerant, miserè spoliarant, apoplauhu concidit.

Antverpiensis mox secuti Gandavensès, & Ultrajectini, suas etiam arces exciderunt: quòd per eas, velut patiosissimas portas, omnes in Belgium rebellionem & tyrannidem expatiatam clamaverint. *L. Beyerlinck in supplem. Chronici Opmeri, ad ann. 1577. tit. de Belgio.*

Ascenes, POPULI.

Scenes ab Ascenas filio Gomer, qui fuit filius Japhet, dictos volunt. Sed variant Auctores, quinam illi sint. Josephus Rheginos, alii Judæos, alii Gothos, alii Germanos eos appellant. Sed constat ex Hieron. cap. 51. ubi de excidio Babylonis agit, & de focis gentibus, quibus Medi Imperium Babylonis erant everfura, quòd inter eas numeret Ascenes. Ex quo conjicitur, fuisse populos Asiaticos, Medorum Imperio subditos. *Vide Perer. in cap. 10. Gen.*

Ascetæ.

Verbum est in Justiniani Codice, qui Ascetaria vocat Religiosorum Cœnobìa, sive Monasteria, ab Ascetibus, quòd est mentem divinarum rerum exercitacione occupo, undè Ascetæ quasi contemplativi, aut diuturnis exercitiis dediti, nonnunquam appellantur. *Vide Acta Apost. c. 24. vers. 16.*

Consule Tit. de Religione, mortificatione, & aliis his affinis.

ASCIA NECATI.

Quæ Mortis instrumenta.

Asia.

Ars est orbis habitabilis, & à veteribus cogniti, quæ dividitur in majorem & minorem, quam Proponticum vocant alii. Veteres tamen ut Strabo, & Arrianus, multifariam divisere. Hodie in quinque partes secundum quos Imperia partimur. Administratur enim à Magno Moscoviae Duce: Chamo Tartarorum: Ottomanorum Imperatore: Rege Persarum, & pluribus Regulis Indiarum. Quibus adde Regem Hispaniarum, qui plurima loca maritima occupat.

Innumera sunt hujus Partis Insulæ, præcipue tamen Cyprus & Rhodus in mari mediterraneo, Taprobana in Indico, Japonia, & nova Guinea. Celebris est hæc orbis pars ob primas Monarchias, & quatuor illa Imperia tot scriptorium annalibus decantata.

Item in ea genus humanum creatum, corruptum & redemptum est, omnemque ferè utriusque Testamenti historiari in ea scriptam, & completam legitimus.

SCRIPTORES.

Scriptis dè ea Strabo XI. libris, Ptolemæus, Marcellinus, Diod. Siculus, M. Paulus Venetus, Ladovicus Perromannus, & nonnulli alii.

ASIAE DUCES, REGES.

Vide Tit. de Fortitudine. Item Magistratum Chronologicè consideratum. In Elencho Regum. Tit. Magistratus.

MARTYRES ASIANI.

Consule Tit. de Religione, §. Religionis conservatio.

Asinus.

Ab ænis Græcè, quod est Innocuus.

U B I.

Quare loca considerata respektu Locati.

SYMBOLUM.

Asinum symbolum esse populi Judaici, jugo legis veteris onerati, & non nisi austeritate, ac flagellis illud deferretis, apud veteres constat: Est enim, inquit Eucherius, animal illud ad onera tantum & labores natum, super quem Apostoli vestimenta sua iniecerat, hoc est, veterem hominem exuere. Idque significatum, ait, per asinum illum, cui Christus infedit. Per asellum quem infedit Dominus, simplicitas fidelium exprimitur, Plebs scilicet quæ Dei notitiam non habebat, quam Christus regendo & prædicando, ad Hierusalem, id est, pacis conspectum, adducet.

U S U S.

Asinus utuntur Judaei & Turca loco Equorum, & Camelorum, qui in Palestina sunt fortiores & velociore equis.

In Levitico praecepit Deus sibi offerri primogenitum asini, hoc est asinae: hujus enim aperitur vulva, & asinus tam est mas, quam foemina.

V I C T I M A.

In Levitico praecepit Deus sibi offerri primogenitum asini, hoc est asinae: hujus enim aperitur vulva, & asinus tam est mas, quam foemina.

D E E O F A U L A E G E N T I L I U M.

Apion homo Gentilis, adversus quem scripsit Iosephus lib. 2. cap. 10. Corn. Tacitus lib. 5. Plutarch. in Symposio lib. 4. g. 5. asseruit, Asinum Judaeis aquam in deserto ostendisse, eumque illos adorasse.

L O C U T U S.

Balaam ariolus vocatus a Balac, insidens asinae, cum misisset Deus Angelum, qui se in via adversarium exhibebat, atque asina dumtaxat, non ipsi Balaam, videndum praebat.

A P O P H T H E G M A T A.

Cleanthes per ignominiam vocatus Asinus, nihil vercundatus ejusmodi appellationem, confidenter respondebat: Asinus quidem sum, sed qui portare possum sarcinam Zenonis.

Quidam videns homines quosdam nullius eruditionis aut prudentiae, quales plerique filii potentiorum, luculenta obtinere sacerdotia, iisque destituti, qui ad ea longe capaciores erant, & ad ministeria illis incumbentia magis idonei, ingenium: voceque subtristi, Quam, inquit, inique cum asinis praeequis agitur, quam dispar eorumdem conditio!

S C R I P T O R E S.

Scriptur nuperim encomium Asini quidam anonymus, il-

ludque inscripsit ad Senatun populumque eorum, qui igna- rionnium, scientias ac literas hoc tempore contemunt, Lugduni Batav. 1623.

A s p e r i t a s. A s p e r i.

Vide Inhumanitas. Morosi, Tit. Inhumanitas. Ovid. lib. 2. de Art. Dextera praecepti caput indulgentia mentes: Asperitas oculum savaque bella movet.

A s p e k t u s.

Q u e r e O c u l u s.

A s s e n t a t i o.

Est propriè adulatione voce facta, quam Graeci appellant καλαζήτα.

A P O P H T H E G M A T A.

Diogenes. In assentatione, inquit, velut sepulchro quopiam, solum amicitiae nomen inscriptum est. Srob. ibid. Socrates, Lupi, cum sint canibus similes, assentatores amicis, diversa tamen studia sequuntur. Srob. ibid. Theophrastus, Assentationem rectè quae turpico loquium, & obsequium quoddam assentatorum utilitatis gratia institutum esse arbitretur. Srob. ibid.

A s s i d u u m.

M o r e s.

Aures superbas atque crudeliter asper Titillat assentator. Hic amor sui Velas ministrat, suggeritque audaciam Imponit quidvis mentiendi splendidi Sic petus impio, nesciumque virida Virtutis, avaras dum volucres accipiat, Famamque inanem, laude veraci cadit. Sapientia moralis & civilis praecept. libro 4. Et genus hominum, qui esse se primos omnium rerum voluit.

Nec sunt: hos insector, hisce ego non parvo me ut videant, Sed his ultra arideo, & eorum ingenia admiror simul. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. Negat qui negotio, ait ajo. Postremo imperavi egomet mihi Omnia assentari: is questus nunc est multo uberimus. Terentius assentatorem & parasitum ita graphicè depingit in Eunuch. Act. 2. Sc. 2.

Consule titulum de ADULATIONE.

A s s i d u i t a s. A s s i d u i.

D E F I N I T I O E T E T Y M O L O G I A.

Assiduitas, Graecè προσήθεια, est summum rei alicujus studium, firmasque adhaesio. Tamid Hebraicè, quod significat continuum, frequentem.

H e s t i d u s.

Et ἡσθηδὸν οὐκ ἔστιν οὐδὲν καταδίδω, καὶ ἀποδοτὴν ἐπὶ τοῖς ταχέως μύθω & τῷ ἡσθη. Siquidem enim & parvum parvo addideris, Et frequenter stud feceris, mox quidem magnum & hoc evaserit.

Ovid. lib. 1. de Arte amandi. Tempore difficiles veniunt ad arva juvenis, Tempore lenta pati frenae docentur equi. Ferrus assiduus consumitur annulus usu, Interit assidua vomer aduncus homo. Quid magis est durum saxo, quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

S y n o c t e s.

Emus quam celerrime. Non potest enim Iusta diligentia nunquam reprehendi.

S E N E S.

Consule Tit. Constantia, respectu Senectutis, quatenus ad extremam usque senectutem in capto persisteret.

P R I N C I P I S. R E G E S.

Vespasianus Imp. in principatu maturius semper ac de nocte vigilabat, deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviter, amicos admitterat: ac dum salutabatur, & calceabat ipse sese, & amiciebat. Post decisa quaecumque obvenissent negotia, gestationi, & deinde quieti vacabat: accubante aliqua pallacorum, quas in defuncta locum Caenidis plurimas constituerat: ac lecto in balneum, tricliniumque transibat. Nec ullo tempore facilius, aut indulgentior traditur: eaque momenta domesticis ad aliquid petendum magnopere captabant. Suet.

Calixtus III. in audiendis legionibus, privatorumque hominum causis, antecessorum suorum facilitatem longe superavit: epistolas & regibus & amicis per seipsum dictavit. In signandis supplicationibus libens & hilari tempus absumpsit: de jure interrogatus, per cupide respondit: leges & canones tam ei fuerunt in promptu, quam si heri aut nudius tertius scholam juris primùm exivisset. En. Syn. c. 18. Europ.

Virolodus Lituaniae dux bellicosissimus, in mensa legatos audiebat, & causas judicabat. Guagninus in descripsit. Lituanie.

Jo. Corvinus regni Ung. gubernator, in negotiis expedientis usque adeo festinus, & ardens fuit, item in audiendis cujuscumque generis hominibus patiens & indefessus, ut fedens, stans, incedens, equitansque jui diceret. Bonfin. l. 7. Dec. 3.

M A G I S T R A T U S Q U I V I S A L L I.

Tribunum plebis diem integrum ab urbe Roma abesse nequaquam licebat, ne auxilium laetio, cum opus fuerit, civibus desit. Heduis in more fuit, ut qui summum gerit Imperium sinibus excedere non posset. Apud eosdem Rom. Tribuni plebis domus cuius patebat, foretique per diem perque noctem reclusae erant, ut congressus faciles praebere, & neminem aditu arcere diceret. Nam soli tribuno noctu pariter & die civis opem imploranti praesto esse, & juxta auxilium expedire, atque a cujusque magistratus nimia potentia plebem tueri fas est. Alex. libr. 2. cap. 3.

Pratorem similiter urbanum plus decem continuis diebus Roma abesse non licebat. Alex. libr. 2. cap. 15.

I N Q U O A S S I D U I. P u t a

I N E X E R C I T I O S U I P S I U S. V. C.

I n O r a t i o n e, P r e c i u s, H y m n i s.

D. Hieronymus in epistola ad Marcellum, de Betleem sic scribit: In Christi villula tota rusticitas, & extra psalmos silentium est. Quocumque te verteris, arator statim tenens, Alleluja decantat. Sudans messor psalmis se avocat, & curva attondens vitem falce vinitor aliquid Davidicum canit. Haec sunt in hac provincia carmina: haec, ut vulgò dicitur, amatoriae cantiones: hic pastorum sibilus: haec arma culturae.

Theodoricus Gothorum rex Tolosae obsequis a Littorio H. Valentinianus III. duce, usque ad diem pugnae itratu silicio preces sudit, ante bellum in oratione jacuit, ad bellum de oratione surrexit, priusquam pugnam manu capefferet, supplicatione pugnavit, & in Deo fidens processit ad pugnam, quia jam metuerat in oratione victoriam. Prælio victor, Littorium in potestatem redemit. Sigon. lib. 12. Imp. ex Salvariano Missiensi Episcopo.

SS. Gervasius & Protasius gemelli fratres, qui se uno partu editos, non magis formae quam morum similitudine contropabant; cum persecutionem fugientes annos decem domitiamissent, toto eo tempore nihil aliud quam orasse atque legisse narratur. Dæmon in idolo loquens, dum confuleretur, non se prius responsa daturum dixit, quam Gervasius Protasiusque sibi thura adolent. Sed qui legendo fidem orando constantiam perceptorant, occidi poterunt: cogi autem, ut Christum negarent, non potuerunt. Maritimus lib. 2. c. 5.

Alicia monacha Romanae praerandi frequentia genua camelorum instar occulere, D. Hieron. in ejus vita.

D. Stephanus Ungarorum rex interdium dicendo jurta regalibus officiis & negotiis incumbere, noctes ferè infornes ducens, in divina contemplatione versabatur cum lacrymis

A

Si quis otiosus respexerit alterum Locupletem, is desinabit, ut ariet, plantaeque, Et rem domesticam ritè disponat, amulatur enim viciniam vicinum.

Ditescentem: est autem haec emulatio mortalibus utilis. Operando viri pecuniæ sunt & divites. Atque laborans multa magis amatur a diis. Non est autem dedecori laborare, sed otium. Quod si labores, statim & otiosus aliquid emulabitur re Ditescentem; divitias vero virtus & gloria sequuntur. Pecunia non rapta, sed divinitus dat a plurimum praestat. Virtus autem per labores incedit.

Boni viri subire labores Audent, & nunquam ulla in re sunt timidi. Plures studio boni sunt quam natura. Bona per labores argentur hominibus.

Q U I A S S I D U I F U E R I N T.

P u t a

M O N A C H I.

D. Bernardus, quoties nihil foris esset quod ageret, scripturæ domi totus vacabat. Rursum si negotium foris incidisset, serid illud intermissis tantisper studiis tractabat. Auctor vite.

Beda Anglofaxo presbyter, in monasterio Vermutheni monachus, vitæ monachicæ opera assiduum fecit juxta regulam præscriptam: ita ut quis non immeritè miretur, quo pacto potuerit tota volumina exarare. Nam si ad numerum scriptorum ejus respicias, videtur toto tempore vite haud aliud egisse, quam commentatus esse. Sin verò confideres ordinis ejus præcepta & mores, putes eum vix aliud agere potuisse, quam psallere & orare. Gul. Mamesbarienfis.

M E D I C I.

Galenus scribit, se pullum cuidam tetigisse sex mensium spatio: & cum per multos annos incertum fuisset de arteriæ contractione, & alius quibusdam, improba in perquirendo constantia tandem reperisset. Sic etiam ab adolescentia dies decretores observare cepit.

O R A T O R E S.

Demothenes orator, cum sibi actionem deesse videret, dicitur domunculam aedificasse subterraneam, in qua lucubraret: quæ extitit etiam Plutarchi ævo. Huc se omnino quidem quotidie contulisset ad formandam actionem, & effingendam vocem: sæpe menses ibi continuasse duos aut tres, ac rasilie capitis alteram partem: quo, ne si summè quidem cu peret, prodire auderet vererecundia causa. Quin etiam ex colloquio cum aliis habitis & sermonibus & negotiis materiam fumpf, & occasiones induxerat. Ubi enim ab illis discesserat, confestim descendebar in palæstram illam, recensebatque ordine acta, & quæ pro his diebus aut contradicis posset: Præterea orationes, quas audivisset, secum repetens, eas in sententias reducebat & periodos: correctiones etiam varias comminiscabatur eorum, quæ dicta sibi ab aliis essent, aut contra ab ipso ad alios, eaque alia dicendi figura meditabatur reddere. Plus, in Demostho. Ille idem octies Thucydidem extipissit dicitur, ut illius phrasin sibi scribendo simul & legendo faceret familiarem. Calvus lib. 16. cap. 19.

Q. Hortensius orator summus nullam patiebat esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum: sæpissime autem eodem die utrumque faciebat. Cic. in Bruto.

P H I L O S O P H I.

Hestius Ponticus gloriabatur, se nunquam orientem aut occidentem solem vidiſſe, quin semper disciplina esset intentus: sicut Micias testatur in Successionibus. Athen. l. 9. cap. 8.

Zenonis Citiæ, Stoicorum principis, & studium & diligentiam nobis commendat verius illi, quos Laert. lib. 7. de eo vulgò iactatos asserit:

Τὸν τ' ἴκ' εἰς ἡμεῶν χρόνους, εἰς ἡμεῶν ἀείρων, Οἱ εὐδὲ ἡμεῶν δαμάσκητος, εἰ τὸν αὖτις, Οὐχ ὅς τις δήμω μαρτυροῖτο, ἀλλ' ὅς ἀπειροῖ, Ἄμφ' ἀδωκαλῶν τεταυτοῖν νικητῶν εἰς ἡμεῶν.

P I C T O R E S.

Apelles pictor nullum diem otiosum abire patiebat. Hinc illud: Nulla dies abeat, quin linea ducta superſe. Plin. l. 35. cap. 10.

A mis pro publica & priyata salute supplicando. Bonfin. lib. 1. Decadis 2.

In Sacris.

Lotharius Imperator in expeditione constitutus, summo diluculo Missam pro defunctis, dehinc pro exercitu, tertiam postremo dici Missam audiebat. Sigon. lib. 11. ex Petro Diacono.

In Litteris.

C. Piso Cicero nis gener, studio & industria omnes vincerebat. Nullum tempus illi unquam vacabat, aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando. Cic. in Bruto.

Portius Latro, Hispanus, condiscipulus Senecae, nobilis declamator, cum ad scribendum se composuisset, iungebantur noctibus dies: & sine intervallo gravius sibi instabat, nec desinebat, nisi rem perfecisset. Rursum cum se remissioni traderet, in omnes luxus & jocos resolvebatur: omnes quin etiam aegres in sylvis & montibus natos, laboris tolerantia, ac venandi solertia provocabat & superabat. Cal. c. 30. lib. 5. ex Seneca.

B Lucilius Senecae familiaris, quaestor Siciliae, magnam temporis partem ab officiis publicis vacans, studiis incubebat. Volaterranus lib. 16. Urban. Com.

Galenus de seipso sic scribit in com. de Libris propriis: Felicitatem meam, quam beneficio paterno habueram, quamvis ego majorem adhuc redderem, quod citius meliusque reliquis omnibus, quae cumque docebat, edicerem: nisi tamen per universionem ad eam vitam, in medicinae philosophiaeque theorematibus me diligeret exerevissem, nihil praclarum excellensque consequentur eram.

M. Antonius Philosophus Imperator, ultra publicas curas, quas nunquam deseruit (cujus rei argumentum est, quod diu pacatum tenuit Roman. Imperium) plurimum studii litterarum impendit, cum de Philosophia semper vel scriberet, vel disputaret. Itaque ejus dicta scriptaque, inter Philosophos eo tempore magni habita fuerunt. Fulg. lib. 9. cap. 7. Vide Tit. Senes qui discere non erubuerunt.

Alphonfus X. Castellonensis rex, quamquam regnorum curis gerendisque bellis occupatus esset, assidue tamen studii operam dedit, Astronomiae praesertim: in qua tantum excelluit, ut Tabulas composuisset (opus in ea parte difficilimum) quae ab ejus nomine dicitur, nunc quoque ab Astronomis in magna existimatione habentur. Fulg. lib. 8. c. 7.

Bartholomaeus Camerarius Beneventanus, consuetudinum feudaliu interpres nobilissimus, in castrum Petrae Pulcinnae propere Beneventum, quasi carcerem, per triennium sese inclusit, ibique singulis diebus horas xvi. Andreae Verniae dedit, non solum ejus scripta, mentemque plenissime intelligere cupiens, verum & errores, quibus is scriptor non incuria referretur est, emendare ope tringinta codicum antiquorum desiderans, quos ob id continuo, uti necesse erat interea revoluit, ut ipse testatur cap. imperialem, §. praeterea de prohib. feud. alien. per Fried.

In Contemplatione.

Orionem Poetae fabulantur venatorem fuisse, & in Beroetia Pleiadas septem filias Atlantis (quae postea in sidus fuerunt) transmutatae, & sinistro cornu Tauri insertae) periclitum. Quaequidem persecutione assiduitatem nobis explicare voluerunt. Pleiades enim Atlantis filiae sunt dicte, quod illas Atlas primus observavit. Easdem postea Orion vel suopte ingenio, vel Atlantis monitione agnovit, & ut sua fabulae gratia constaret, persecutus fingitur.

Lycurgus orator Atheniensis meditatatur & noctu & interdum, quod non bene esset ad subito dicendum comparatus. Ac quo facilius excitaretur & meditare, in lectulo cubabat, in quo villus tantum & pulynius erat. Plutarchus.

In Auditione.

Vide Titulum Auditionis.

In Lectione.

Conspice Tit. Lectio assidua, diligens. Orpheo exemplum, a Cassio Parmense gravi carmine descriptum, antiquitas venetando studio asseramus: Argui primum cum pleetra parentis, & auro Distinctam summissis cubaram Rhodopejus heros, Ridebant segnes pulsus, digitisque micantes Sereni, & chorais indolite dissona vocis.

Max pudor exardens, & gloria dulcis honesti, Lufibus avertit periculis, omnis & illuc Perdurus incubens Musa paltebat amore Et mox maternis inhiat, nunc ille paternis Cantibus, hinc illic dicens dependet utrinque. Nulla Venus faciem cepit mentis dolosi Compedibus: somni fuerat paroque Lyci: Donec ridiculus dudum, modulamine sylvas, Evulsoque suis scopulos radicebus egit. Ausus & ire viam vrentibus inconcessam, Panarum oblitus demulsi carmine Manes, Non levis adensus, si quis petit ardua: sudor Plurimus hunc tollet: Nocturno exsomnis olivo Immoritur, delet quod mox laudaverat in se. Qui cupit aeterno donari frons honore. In republ. administranda.

Epaminondas, cum ex eo quaesitum esset, Cur potantibus cereteris, festoque dies summa laetitia celebrantibus, solus ipse squalens, in magna cogitatione defixus per urbem ambularet? Utlicat, inquit, vobis omnibus temulentem esse, atque omnicaur solutis. Plut. adversus duem imperium.

Nicias Atheniensis vir opt. fuit. Dece Hiero sermones distillabat in vulgus, republ. causa eum arumiosam & miseram vitam agere, cui & in balneo, & super cenam semper aliquod objiceretur publici negotii: unde corpore esse eum affecto, amicis nec placidum nec jucundum, quos una cum re familiari in republ. gerenda amiffisset. Et revera ea via fuit Nicias, ut de se ipse illud posse Agamemnonis dicere: Fastus quidem specie reliquis praeclivissimus: Verum ministri multitudinis sumus. Plut. in Nicia.

Non Athenis Aristides, non Cato magistratum gessit frequenter Romae: & vacaverunt tamen perpetuo per totam vitam patrii suis. Plut. An sen. tracl. resp.

Fertur Cato junior, tamen anni gravior esset, cum in eo vigeret vis ingenii consilii, nulla re, nulloque negotio adduci potuisset, ut in frequentem senatum venire motaretur. Alex. lib. 4. cap. 11.

Emanuel Lusitaniae rex ipa, & frequenti venatione scdm ad negotios erat otium, & ludis equestribus exercebatur. Sed vix unquam tantum ejusmodi ludis indulgit, ut non aliquid die, qua animus a negotiis relaxabat, quod ad regium munus pertineret, cum ministris suis transigeret. Sive enim in sylvis venaretur, in sylvis praesto aderat, qui ei supplicem libellum offerret, & aliquid cum illo ageret, in quo salus reip. verteret: sive veloce in mari vagaretur, ab ipsa veloce ministri vehebantur, qui cum illo multa de pub. rebus cum utilitate communi transigerent. Ofor. lib. 12. verum Em.

In Judiciis.

Alexander Mammæae F. Imp. suavi matris, & sapie jus dixit, & longissimo tempore, etiam suis suorumque diebus solemnibus, nonnunquam legit quoque antiquis & religiosis. Nec semper praescriptam legem secutus duritiam, lenitatemque multarum, ex bono & aequo perinde, ut afficeretur, moderatus est. Svidas.

In Eleemosyna.

Joannes Eleemosynarius Alexandrinus patriarcha in eleemosyna danda assiduit. Vide Tit. Munificentia miseris, religiosa circa pecunias.

In Labore & exercitio corporis.

Nero luctabatur assidue. Quo contigit, ut nonnulli per suum suum haberent, statuisset eum in athleticum certamen descendere. Svet.

Carolus Magnus assidue exercitatur equitando, ac venando: quod illi gentilitium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, qua in eo labore Francis possit aequari. Cranz. lib. 2. Saxonie, cap. 8.

In Armis.

Germani veteres nunquam vel ad consilium, vel ad diem festum, nisi armati, conveniebant: in consiliis assentium suum armorum crepitu declarabant. Fulg. lib. 2. c. 11. ex Tacito.

In Bellis.

Ter templum Jani, pacatis undique populis, otioque & pace compositis, quando Romana res stetit, clausum fuit. Ex qua re transtulit, & per Galliam aequae Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione bellum per totanos turbis constare esse finitur, ut abjecto demonum cultu,

A fiste. Semel a Numa templum Jani clausum fuit, per id tempus, quo Roma regnavit, annis fere lvi. & xl. quo tempore Janum ad insinuum Argileti indicem belli pacisque consecravit, cum populus Romanus tranquillum pacem ageret, & a bellitumultu homines ad Deorum cultum curamque revocarent. Iterum post primum Punicum bellum, cum ad Aegades insulas navali praelio contra Cartaginenses felici victoria pugnatum est, ab urbe condita anno fere quinquagesimo, isto cum Carthaginensibus foedere. Quo tempore diutino bello fractis animis vestigialis & stipendiaria populo Romano Carthago facta est, sed brevi tempore. Tertio imperatore Cesare Augusto post bellum Actiacum, Antonio & Cleopatra victis proflagitate, pace terra marique patra, cum tota diversitas gentes nationeque societate & federe junxisset: & a civili disensione, assidueque claudibus populus respirasse, & quietis imaginem fuisse visus foret. Qui tamen ter Janum clausisse dicitur: post Actiacum victoriam primò, quo tempore Augusti fuit consularis: secundo, post Cantabricam: tertio, cum a cunctis orbis partibus res pace compositis. Post quos Nero princeps, & deinde Titus Caesar, B everia Hierosolyma & bellis contextis, Jani templum clausisse feruntur. Quod quidem templum ad insinuum Argileti medium circa forum, contra Capitolium fuit, forma quadrata, haud multae amplitudinis. Si quidem cum Jani simulacrum & Aram tecto clausisset non multum ultra spatium occupavit. Alex. lib. 1. cap. 14.

P. Scipio Nafica Carthaginem excindi distulit, Cato si se opponens, ne securi Romani, virtus studium relinquerent.

Vide Tit. Prudentia in conservanda fortitudine suorum.

C. Jul. Caesar a nulla belli occasione, ne injus quidem ac periculosum, abstinuit, tam se detatis quam insectis ac feris geibus ultro laecessisset: adeo ut Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreverit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prosperè decedentibus rebus, & sepius & plurius quam quisquam unquam diem supplicationes imperavit. Sveton.

Hadrianus Imp. in expeditionibus assiduit. Itaque tali in cum luse epigrammate Florus quidam:

Ego nolo Caesar esse, Ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas.

Cui Caesar respondit: Ego nolo Florus esse, Ambulare per Sabernas, Lactare per popinas, Culices pati vorandos.

Sentiens, he honestas occupationes praeserte inutili turpique ocio. Sveton. in vita Hadriani.

Genericus Vandalorum rex post Romam captam classem quotannis eduxit, ac modo in Italiam, modo in Siciliam, urbibus maritimum partim diripendis, partim etiam diruendis, cursum intendit. Inde ad Orientis convertit Imperium, Illyricum omne, huiusque adjacentes insulas cum tota Graecia incurtavit. Ad Italiam inde, Siciliamque reversus, si quid reliqui erat, abstraxit, atque ipsam post etiam & Sardiniam, & Majoricam, & Minoricam occupavit. Adeo vero temere in obvios quoque rapi solitus fuit, ut cum e Carthaginis portu vix pallis solveret, rogatus a nauclero, Quorum iter dirigeret? respondere fuerit solitus, Quod Deus impulerit. Sigon. lib. 14. Imp. occid.

D Joannes Commenus Imp. Alexii F. ad barbarorum incursionem praecavendam, semper in armis erat. Nam quia facile detrimentum capi ab imparatis videbat, expeditionibus immorari maluit, ut & provincia defenderetur, & milites assiduitate ipsa habitum disciplinae bellicae acquirere.

Nicias. Carolus Magnus xix. xxxiii. annis Saxonem domare potuit. Dicitur difficile est, quoties superati ac supplices se dederunt, imperata facturos polliciti: obides qui imperabant, abique dilatione dederunt: legatos qui mitebantur, fusceperunt: aliquoties ita in domiti & emolliti, ut etiam cultum demonum dimittere, & Christianae religioni se subdere pollicerentur. Regis autem magnanimitas, aut per se, aut per comites suos, missis exercitibus, perfidiam illorum semper ulcisceretur: donec gemino praelio, omnibus qui resisteret volebant, proflagatis, decem hominum millia ex eis, qui utraque Alois ripas incoleret, cum uxoribus & parvulis sublatos transtulit, & per Galliam aequae Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione bellum per totanos turbis constare esse finitur, ut abjecto demonum cultu,

Christianae religionis Sacramenta susciperent. Cramz. lib. 2. Saxonie cap. 4.

Haraldus Danorum rex quum ob sanctam severitatemque civibus gravis existeret, spiritum in acie quam lectulo deponere praoptavit, consentaneum praeterea vitae operibus exitum habiturus. Itaque quò mortem suam clariorem efficeret, inferoque comitator pereret, bello contra Ringonem Sveonum regem suscepto, in cujus apparatu septennum integrum insumpsit, complures sati confortes adulescere gestiebat. Nec cum felicit opinio. Namque a Sveonibus acie victus, & ab Othino demone familiari oppressus, xxxm. procerum Danorum, xim. Sveonum procerum mortis comites habuit. Saxo lib. 7. & 8.

In Mechanicis.

Nehemias dux Judaeorum, muros Hierosolymae permittente Xerxis regis refectum, tanta diligentia & animi alacritate per duos annos & tres menses operi institit, ut ipse cum suis vestimenta nunquam exuerit, interdum in opete, noctu in excubiis occupati, & altera quidem manu opus faciebant, altera arma tenebant metu vicinorum, Samaritanorum praecipue, qui Judaeis invadebant. 2. Eslrae 4. & Ioseph. lib. 11. cap. 5.

Ob laborum tolerantiam & industriam, fragilitatemque dicti sunt Eginetae Myrmidones: quum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam, foderes in cavernis habitare visi sunt formicarum more, & apertandis lapidibus quodammodo ejus animantis industriam repraesentare. Erasmus in Adagiois.

IN EXERCITIO ALIORUM.

Eqoue vel

Sacro.

Eldras sacerdos, & professor legis, permittente Xerxis Babylone Hierosolymam profectus cum multis captivis Judaeis, Judaeos Hierosolymis in lege Domini erudit, & a mane ad meridiem usque legem recitavit: suggesti, astantibus populi principibus. In festo deinde Scenopegiae quater in die Levitica legem praeregere populo curavit. Eslrae 7. & 3. Eslrae 8.

D Joannes Evangelista quum Ephesi moraretur usque ad G ultimum senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioi, diligite alter alterum. Tandem discipuli, & frater qui aderant, tadio affecti, quod eadem semper audiret, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? At is respondit dignam Joanne sententiam: Quia praecipuum Domini est: & si solum fiat, sufficit. Hieron. in c. 6. ad Ephesios.

Gregorius Magnus, Pont. Max. in cantu ad extremum usque spiritum sese suoque pueros exereuit. Ab illo Cantus in Ecclesia Gregorianus nomen accepit.

Lycurgus legislator Spartanus de hostiis ad illum, qui percontabatur, Quid tam exigua & viles praescrípisset? Ne unquam, inquit, Deum intermittere colete. Plutarch. in Lycurgo.

Apud Rom. Flamini Diali noctem unam extra urbem manere non licebat, ne facta ejus absentia negligerentur. Plut. in Probl.

Literario.

Socrates nullis positus sellis, neque consensu folio, neque ad horam sermonis vel deambulationis auditibus praesentam occurrens: verum etiam per ludum, si ita casus tulisset, in convivio, in contubernio militari, in frequentia fori, in carcere denique, & cum hauriret venenum, cum locis philosophabatur. Plut. An sen. tracl. and a respub.

Aedius Cappadox Sophista in docendo diligentissimus & assiduitas, nullum tempus otiosum abire sinebat, quin etiam de trivialibus, inter deambulandum sese offerentibus, sermonem misceret. Eumapius in Prisco.

Avicenna Medicus interdum negotiis regis occupatus, noctu discipulis operam dabat, & post praelictiones aut distributiones, musica illos exhilarabat, missis potique reficiebat. Sor. ann. in ejus vita.

Phil. Beroaldi Grammatici & Oratoris inter multa egregia & istud memorabile fuit, quod indeseius a mane ad vesperas post publicas lectiones, privatas etiam munum legebat. Constat, illum singulis diebus novem lectiones legere solum. Blanchinus in ejus vita.

Corpo-

A Corporis. Vide Tit. Magistr. rei militaris. Aegyptii impuberes filios ita exercebant, ut nisi studia aliquot prius confectissent cursu, velci cibo nullo modo finirent, quos à prima puertia nudis pedibus ingredi iubebant, ne delicatior cultus corpora emolliret. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Apud Balaeros infans, matres infantes pueros ab ipsis vitæ incunabilis disciplinis educabant, ut nisi oblatum cibum funda pererent prius, cibo velci prohiberentur. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Epaminondas Thebanos milites bruma sub tectis vivere non permittit. Vide Tit. Constantia in frigore tolerando. Maximinus senior, priusquam ad imperium confederetur, sub Alexandro militans, quinto semper die in armis exercitum ducebat, militarique more quotidie currendo atque luctando exercebat. Ipse quoque, quamquam jam grandis natus, campeltium exercituum labores cum aliis militibus subibat. *Fulg. lib. 2. cap. 2.*

Probus Imp. bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, à militibus est interemptus, quod nunquam militem otiosum pateretur, dicens: Annenam gratuitam militem comedere non debere: & quod iactabat, brevi milites non fore necessarios, cum jam totum penè orbem Romanis subiecerit, & pacasset. Nam cum venisset Syrium, ac parium solum fecundare cuperet, excicare cogitavit paludem. Quod agere ferentes milites, fugientem eum in turrem Ferratam, quam pro specula exadificaverat, interemerunt, anno Imperii eius v. vel vi.

Politicò. Claudius Imp. legem tulit, ne senatori ultra septimum ab urbe lapidem in iustu Imperatoris abesse liceret. *Svidas. Mechanico.*

putationes, musica illos exultabat, epulis potuque reficiebat. *Soranus in eius vita.*

INCERTO, RAPTO, FURTIVO, Subsecivo.

Vt qui dum Consultant, Iter faciunt, Bellum gerunt, Spectant, quid aliud agunt.

UBI V. G. ASSIDUI IN SENATU.

Cato Uticensis doctrinæ cupiditate flagravit, ut ne in curia quidem, dum senatus coereretur, temperaret sibi, quò minus Græcos libros lectaret, quia quidem industria ostendit, aliis tempora deesse, aliis temporibus superesse. *Val. lib. 8. c. 7. & Cic. lib. 2. de Finibus Helenum librarium vocat.*

IN ITINERE.

Eunuchus Candacis reginæ Æthiopia, cum iter faceret, in curia Iaiam prophetam legebat. Et divinitus comes additus Philippus Apollonius, ea quæ legebat interpretatus est, & credentem baptizavit. *Act. 8.*

Philopœmenes Megalopolitanus, ultimis illustri Græcia ducum, non tantum longa militiæ experientia rei bellicæ peritus fuit, sed in pace assidua animi meditatione sua sponte exercitatus: præparabatque se ad subitos armorum casus. Inter ambulandum saltus, valles, locorum anfractus explorandus considerare. Querere etiam nonnunquam à comitibus, si qua hostes ex improviso apparuissent, quò illis consilio esset occurrendum, quæ acie, quibus insidias. Per quæ consecutus erat, ut nemo eam tempestate in instruenda acie periret haberetur: quo loco metand castra, qua figura, quibus monumentis, quæ agendi pabulandi que ratio, quò moventibus castra maximè tutum iter, qua forma agendum. *Ab. lib. 6. En. 5. ex Plu.*

C. Jul. Cæsar somnum plerumque vehiculis, aut lecticis capiebat, confertens etiam ad actionem requiem. Vehebatur interdiu ad arces, oppida, & castra. Assidebat ei puer unus, ex illis, qui dictata excipere inter proficiscendum affert crant. Ponè unus sedebat miles gladio accinctus. Sirene adè iter faciebat, ut cum primo die exisset urbe, ad Rhodanum octavo perveniebat. *Plu. in Cæsare.*

Reliquit idem libros duos Anticatones, ac præterea poema quod inscribitur Iter. Citorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex quietiore Gallia conventibus peractis ad exercitum rediret: sequentes sub tempus Mundanis prælii fecit: novissimum, dum ab urbe in Hispaniam ulteriores iv. & xx. die pervenit. *Svet.*

C. Plinius non cum otium esset tantum litteris operam dabat: sed in mensa quoque legentem audiebat, aut notabat lectica quoque urebatur, ut in via vel legere vel scribere posset. Si equo veheretur, sæpe inter tempestates ministrum manuatum excipere dictata iubebat. Neporem suum ambulantiem videns objurgavit: Poteras, inquit, has horas non perdere; nam qui lectica vehebantur, aut recitantem audiebant, aut si libuit, aliquid etiam notabant, aut dictata aliquid: quorum nihil licet ambulanti. *Fulg. lib. 8. c. 7. H ex vita a nepote descripta.*

Aquitus Valeria urbis monasterii Abbas, ne qua die decederet quod legeret, quocumque ibat, scorreas, manticas libris refertas secum deferrebat: neque illi oneris huius molesta erat gravitas, dum lectiois sacra compendebatur utilitas. *Marul. lib. 2. cap. 5.*

IN CASTRIS.

C. Julius Cæsar ne in bello quidem unquam literarum studium intermisit, neque ludos aut alia publica munera sine lectione spectabat. Omnium testimonia Commentarii illius superant, inter armorum strepitum, ac bellorum, tum externorum, tum civilium, curas scripti, ut scriptoribus materia pararetur: qui quidem usque adeo eruditum limitate habiti sunt, ut nullus eis apponeret manus ausus fuerit. *Fulg. lib. 8. cap. 7. Plu. arch.*

M. Brutus bello civili cum Pompejum secutus esset, in castris diem, nisi quantum cum Pompejo esset, in literis & libris ponebat, non solum alio tempore, sed & sub pugnam Pharsalicam. Adulta ætas erat, & estus ingens, ac castra locis paludinosiss habebant. Quòd verò Bruto ministris non citò appropasset tentorium, labore hic confectus, tandem meridie

die anxit se, & paululum cibi cepit, aliusque aut quiescentibus aut follicitis de eventu pugnae, aut de vespertur scripsit, Polybii compendium commentans. *Plu.*

Augustus liberalium studiorum adè cupidus, ut medio Martiensis belli ardore legeret, aut scriberet, quotidieque declamaret. *Sab. lib. 1. En. 7.*

IN CONVIVIO.

Vide locum Alacritatis. Cultus corporis intermissus. **IN SPECTACULIS.**

C. Jul. Cæsar reprehensus fuit, quòd inter spectandum epistolis libellisque legis ac rescribendis vacaret. Cujus rumoris vitandi gratia Augustus Cæsar, quoties ludis adisset, nihil præterea agebat. *Suet.*

IN BALNEO.

Archimedem vi à formis abstrahentes ungebant ministri: hic verò in ventre figuras stugilis delineabat, atque inter lavandum, ut ajunt, ex infusa aqua coronæ modum cum animadvertisset, quasi fanaticus, & numine quodam afflatus exiliit clamans: Inveni, idque inter eundem crebrò repetiit. *Plu. contra Epicuri sententiam.*

ASSIDUITAS VITIOSA.

CANENDO.

Celebratur Græcis hic versiculus de tibiene Atabo, *Ἀπάριον ἴσι ἀσπίσι, τρέσαντι ὁ παύεται. id est, Dracina canit, sed quatuor compefcitur: quòd paululo secundo provocaretur ad canendum, & non nisi magna mercede desisteret. *Erasm. in Adagis.**

SPECTANDO.

Ex Tit. Spectaculorum studium, huc quedam Hegemonem Thasiam recitantem in teatro, cum voluptate audirent Athenienses: ita quidem, ut eo etiam die, quo clades Sicula fuit nunciata, nemo discessit, cum tamen singulari ferè amici perisissent. *Athen. lib. 9. c. 6.*

Assuetudo. Assuefacio.

BONA.

Lacedæmonii, & Cretenfes moribus erudiebantur, non verbis. Athenienses verò, & penè omnes alii Græci, quæ quidem oportet, agit præcipiebant suis legibus: assuecere verò ad hæc operibus minimè valere. *Joseph. lib. 2. contra Apionem.*

Apud Germanos plus bonos mores, quàm apud alios bonas valere leges, Tacitus prædicat.

Agesilaus rex quodam adhortante, ingenio indulgeret, ac suggerente, obincertum fortunæ fortasse non datum ite ejus facienda occasione: At ego, inquit, sic consuefacio me, nulla ut in vicissitudine quæram vicissitudinem. *Plutarchus in Apoph.*

Telestas Thebanus cum assuevisset optimis veterum Lyricorum cromaticibus, senex jam magno licet studio, Timothei, & Philoxeni musæam assequi non potuit. *Plutarchus de Musica.*

Apud Romanos minus capere vito ab uxore, aut uxori à vito, vetitum fuit, ne muneribus capiendis assuetæ, etiam alienos admitterent. *Plu. in quæst. Rom.*

C. Marius Consul IV. cum ad Rhodanum castra haberet contra Cimbricos, milites vallum confederat, & speculari iussit, ut vultum hostium ferret, & vocem tolerare planè absonam feramque assuecisset, arma item & tractationem eorum confiderent. Ita temporis tractu horrenda in specie reddebant in animo ex aspectu lenia. Atque quotidianus hic aspectus militibus non tantum partem detestit pavoris, sed & ad barbarorum minas atque intolerandam insolentiam fervor eos subsens, irritavit, & inflammavit animos: cum non modo proculcarent omnia circumquaque hostes, sed in vallum quoque magna procacitate, & ferocia incurfarent. *Plu. in Mario.*

MALA EAQUE TUM IN GENERE.

Cretenfes cum acerbillima execratione adversus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt, uti mala consuetudine delictentur, optant, modo desolite voti genere efficacissimum ultionis eventum reperunt. Inutiliter enim aliquod concupiscere, & in eo perseveranter motati, exitio ea dulcedo vicina est. *Valerius lib. 7. cap. 2.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

IN SPECIE. ASSUESCERE Cruditatis.

Claudius Imperator ludis gladiatoris impensè delectabatur, eorumque consuetudine sanguini, & cæditibus affuefactus, crudeliter in quovis levi de causa sævit, Mellalina instigante. *Zonaras.*

Bartolus in iudicandis reis severus admodum fuit. Andreas Barbatus causam ejus assertit, quòd Bartolus, postquam vigesimo primo ætatis anno doctus gradum fuisse cepit, iudex malefactorum fuerit, & illic severitatem illam condemnandi facinorosos imberberit: ut quos, cum iudex esset, non poterit perdere ore, conaretur postea perdere calamo. *Fichardus in vita.*

Calamitati.

Ovidius de se ipso lib. 3. de Ponto eleg. 7. sic scribit: Hoc quoque Niso fores: etenim majora tulisti: Tam tibi sensiri sarcina nulla potest. Ductus ab armento taurus detrectat ararum, Subtrahit, & duro colla novella iugo. Nos, quibus assuevit satum crudeliter iri, Ad mala jam pridem non somus ulla rudes. Quique fugax verum, securaque in oia natus, Mollis, & impatiens ante laboris eram: Vitima nunc patior, nec me mare portubus orbem Perdere, àversa nec potuere via. Sufficitque malis animus: nam corpus ab illo Accipit vires, vixque ferenda tulit. Pone metum valeo: corpusque, quod ante laborum Impatiens nobis invaleamque fuit, Sufficit, atque ipso vexatum induit usu. An magis infirmo non vacat esse mihi?

ABSURDA.

Æschylus ludis Isthmiis cæso in faciem pugile atque infecto clamore, Quantum valet, inquit consuetudo? Spectatores vociferantur, ictus silet. *Plu. de audiendis poetis.*

APORRHEGEMAT.

Antisthenes rogatus, Quæ disciplina cum primis esset necessaria? respondit: Dedicere mala. Id enim non modò primum est, ut mala assuetudine nobis insensibilis abjectiamus penitus; verum etiam longè est difficillimum. *G. Laert. 1.1. c. 6.*

Puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrem ex intervallo redisset, eumque vidisset effusus ridentem, admiratus dixit: Se tale nihil unquam apud Platonem vidisse. Tanta res est, inde à tenetis virtuti assuecere. *Erasm. J. 6. apoph.*

Polemon Sophista, quum laboraret morbo articulatis, Pergami in templo obdormivit, cui apparuit Æsculapius jubens ut à frigido potu abstineret: ad quem Polemon: Præclarè, inquit, quid autem si bovem curares: subindicans, jam diu assuetum duris, frustra vocari ad delicias. *Philostroph. in Sophistis.*

Plato adolescentem, quòd lussisset alea, graviter increpuit: qui cum dixisset, Sic objurgas ob rem parvam? At parum non est, inquit, assuecere. *Laert. lib. 2.*

Herodes Sophista, quum subinde à Protheo Cynico convitiis aspergeretur, Consequimur, inquit, in maledicendo, ego verò malè audiendo. Quo dicto ostendere voluit, immedicabile malum esse, cui ille tandem assueverat. *Philostroph. in Soph.*

Socrates Alcibiadi admiranti, quòd Xantippen supra modum rixosam domi ferret: Ego, inquit, ei jam pridem sic assuevi, ut non magis offendant, quàm si tota, quæ assum educit, stridorem audiam. Nam hic stridor molestissimus est insectis: eundem qui quotidie audit, adèd molestè non fert, ut se audire neciat. *Laert. in vita Socrat. Vide Adus, Consuetudo.*

Assyrii.

A QUO ORTI. Anctus Augustus lib. 16. de Civit. cap. 3. adfirmat, Assur filium Sem, qui major Natu erat è filiis Noe, patrem esse Assyriorum, & ab hoc eorum imperium dimanasse. Erat autem Assur ex illis, qui venerant ex terra Sennaar, quâ proinde omnium Regnorum, & Imperiorum matrem colligunt, ex cap. 10. Gen. Ubi dicitur, de ea egressuros Nentod & Assur, fundatores Babylonis & Ninive, celeberrimorum totius mundi oppidorum.

ASSYRIORUM DUCES FORTES

Quere Fortitudo. **MONARCHIA ET REGES.**

Vide Tit. de Magistratu, & Regibus.

Mm Athma

Asthmate Mortui.
Consule Locum de Morte. §. Quomodo mortui?
 Astrologomantia.
Quere sub loco de Divinatione, & sortibus.

*** Astrum. Astra.**

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Astra nihil aliud sunt, quam densior pars sui orbis, lucem habens & transmittens. Forma autem astrorum est lux; materia est substantia cœli. Errant igitur, qui astra putarunt ali terrenis humoribus.

*** FIGURA ET DIFFERENTIA.**

Astrorum omnium figura rotunda est, teste Aristot. cap. 11. lib. 2. de celo, probatque ab ineptitudine illius figuræ ad motum progressivum. Stellarum omnes, & Planetas specie distinguuntur a suo orbe, veluti est sententia: Imò & stellæ à Planetis, Planetas quoque inter se. De aliis stellis non ita certum.

Provenit illæ autem ex propriis motibus, & influxu, quem habent in hæc inferiora.

PRODUCTIO ET CIRCA EAM ERRORES.

Astra omnia, sive stellæ, quarto die creationis productas, patet ex hist. Gen. cap. 2. Eo enim die partem unam cœli Deus rarefecit, ut alteram condensaret, nempe primam illam quæ vocatur lux, cap. eod. vers. 3. & in eam expulsa cœli forma, novam formam induxit Solis, Lunæ & stellarum.

Errant igitur veteres, qui stellæ ex igne volunt productas & igneas, ut poeta canit:

Vos aeterni ignes, & non violabilem men, testor.

Errant etiam, qui astra primo die secundum substantiam creatam sentiunt: ac quarto demum accidentibus, puta luce, motu, dotata fuisse.

NUMERUS ET MAGNITUDO.

Sacra Scriptura testimonio constat, numerum stellarum ab homine cognosci non posse. Ita Deus Abrahamum eductum foras iussit suspicere, & dixit, Numera stellæ, si potes. Et tamen Abraham erat pertissimus Astrologus secundum C. Josephum, & Eusebium.

Astrifores quoque l. 2. de celo, inerrantium siderum numerum non posse definiti docuit. Similiter Plato in Timæo.

Plinius lib. 2. cap. 14. facit 72. signa cœlestia, & in his 1600. stellis insigniores. Verum doctiores Astrologi, cum Ptolemy & Hipparcho, deprehenderunt omnes stellæ inerrantes vix notabiles, esse 1022. quasvis præter has velut plures esse forma mimas, quæ à nobis conspicuntur, sicutque illæ stellæ, quæ circuli lactei claritate efficiunt. Cœterum stellæ esse longè majori numero, constat omnium est sententia.

Quoad magnitudinem stellarum, variæ olim fuerunt opinioniones: hodierni Astrologi docent, nullam stellam esse in firmamento, quæ à nobis visui notatur, quin major sit terra decies & octies. Dividuntque stellæ in sex ordines magnitudinis distinctos. Quorum primus complectitur stellæ 15. maximas, excedentes terram 107. 2. Magnitudinis 45. superantque terræ globum nonagesies, & ita ad sextum ordinem progrediendo. Tertius continet stellæ 100. & 8. Quartus 474. Quintus 217. Sextus 259. Quibus adjungunt quinque nebulosæ, & novem obscuras.

*** CUIUS REI SIGNA.**

Dicit Scriptura Genesios de astris, quod sint in signa, puta prognostica, & tempora, & dies, & annos. Itaque sunt signa prognostica pluvie, serenitatis, &c. ferendi, metendi, navigandi. Item signa dierum, & annorum, & temporis, puta æstivi, vernalis, &c. calidi, sicci, moridi, salubris. Nam omnium horum signa sunt, & causæ, planetæ, & sidera.

Rerum autem futurarum aut humanarum eventuum, neque causæ sunt, neque certæ & indubitata signa. Cujus contrarium tenuerunt, Julius Serenus, Photinus, & allegant pro se Origenem, & Augustinum, quamvis perperam, ut qui huic errori non suffragantur. Sententia autem ipsorum, & a vera Philosophia aliena, & sacris literis contraria est. Quippè videmus, uno eodemque tempore vel maxime distantia à se invicem evenire, varioque eodem etiam tempore & loco produci effectus, cum tamen eadem astra maneant, sicutque certo numero comprehensa, ac incom-

mutabiliter semper se habeant. Res autem sublunares prope modum sunt infinitæ multitudine ac varietate. Itaque istius opinionis auctores Fatum admittere debent, quod à Christiana doctrina est alienum, ut amplius dicitur Tit. de Fato. Plura in specie infra de hac re.

Vide infra de Astrologia Indiciaria.

*** ANIMATA.**

Chaldaei qui Astrologiæ putantur inventores, cœlos & astra voluerunt animam, & ratione præditos. Idemque tenuerunt omnes veteris Physiologi præceptores, cum Græci, tum Egyptii, quorum alii mundum animatum, alii ejus partes anima præditas censuerunt. Denique hæc opinio ita omnium animis infederat, ut Anaxagoras apud Athenienses impietatis accersitus, ac reus factus fuerit, eò quòd solem lapidem dixerit flagrantem, non verò animal, aut Deum, ut scribit Laertius in vitæ illius. Origenes eandem opinionem amplexus fuit, & dubitant loquitur August. Embrid. cap. 58. & lib. 2. super Gen. ad lit. 5. 18. Sed motus illorum perperus, & naturalis arguit, eadem anima rationis capace destituta, nec in actionibus libera esse. Eamque sententiam tenendam domat. Damasc. lib. 2. de fide orthodoxa. cap. 6. & omnes veteres citati in com. Collegii Conimbricæ. lib. 2. de celo cap. 1. qu. 1. art. 2. & contraria sub anathemate damnata est in V. Synodo Gener. Constant. ut testatur Niceph. l. 7. hist. cap. 27. & 28.

*** AGUNT IN MUNDUM SUBLUNAREM. QUOMODO.**

Cœlestia corpora virtutem habere effectricem in hæc inferiora, omisso errore Avicennæ & aliorum, quos constat D. Th. in 2. dist. 15. q. 1. omnino est asserendum: docentque omnes tam Philosophi, quam Theologi communi consensu, & confirmatur ex eis, quæ de signis eorum sunt dicta. Agunt autem tanquam agentia æquivocæ, secundaria, non tanquam prima rerum generatiopis, & corruptionis causa; qui sicut error Ethnicorum, qui primariam ac divinam virtutem cœlo adscribebant; unde astrorum Deos venerabant, ut refert D. Th. supra art. 2. In voluntatem autem hominis agere non possunt, nisi indirectè & ex accidente, eam inclinando interveniunt organorum corporis, & potentiarum eis inherenti. Ceterum nullam inferunt voluntati necessitatem, quin pro libertate sua valeat oblatari, & se aliò inflectere. Con-Gratiam autem hujus damnatum est in Conc. I. Brachaten. cap. 9. & 10. contra Priscillianum hæreticum.

Astronomia. Astrologia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Astrologia est, juxta etymon nominis sui, scientia de astris, dicta à *αστρον*, quod significat sidus, & *λογος*, sermo. Eadem & Astronomia à *αστρον*, quasi lex & norma astrorum cognoscendorum, appellatur. Vocant Astrologum contemplatores Hebræi *Schamain*, quasi contemplatores sive speculatores cœli. Astrologi enim ex stellarum situ, dierum, mensium & annorum stata tempora, solis lunæque deliquia, & alia non minus utilia ad vitam humanam nobis designant.

*** PARTITIO.**

Duplex distinguitur Astrologia, Naturalis, & Judiciaria. Prior est, quæ astrorum, maxime planetarum, ortu, occasu, conjunctione, varioque aspectu ac colore, de futuris elementorum affectionibus conjetat, de quibus multa in *Georgicis Virgil.* & in *Phœnomenis* Aratus. Judiciaria est, quæ observato siderum aspectu, indicat de futuris à libero arbitrio aliquo modo dependentibus, aliisque humanis casibus; imò & de rebus præteritis. Estque usus per se malus, & illicitus.

ASTRONOMIÆ ACQUISITIO. INVENIENDO.

INVENTORES ASTRONOMIÆ.

Sideralis scientiæ inventum ad Zoroastrem Bactrianorum regem referunt Diodorus, Herodotus, Strabo, qui Mino regi fuit equalis: quum ante diluvii tempora, Sethi Filii, Adami protoplasti nepotes, in duabus columnis astrorum scientiam descripsissent, ac deinceps Noe, & qui illi longo ordine successerunt, in cognitione ejus rei versati sint. *Sabell. l. 1. Ennead. 1.*

Plutarchus in Pyrrho, post diluvium, primum Thespriorum & Molossorum regem Phœontem fuisse scribit: quem Lucianus in dialogo de Astrologia Solis idcirco silium currumque accepisse credit, quia Solis cursum primum rephenderit. *Natalis Comes Mythologia lib. 6. c. 1.*

A fama est, cum Endymione in Latmo, Cariae monte, in antro quodam Lunam congreri solitam. Cicero lib. 1. Tusculanæ perperuò dormientem Endymionem sola ocula Lunæ accepisse, neque unquam expectatum scribit. Qui verò historice rem explicant, dicunt, Endymionem dictum à Luna amari, quia Lunæ cursum mensurum in monte Latmo reperisset. *Plin. lib. 2. cap. 9.*

Titanum fabulum, qui diis bellum intulerunt, quidam allegorice interpretantur. Pausanias in Corinthiacis Titanum Astronomiæ peritum fuisse scribit, quare frater solis dictus est, quòd in observandis anni temporibus fuerit diligentissimus. Primus ex annuo Solis cursu cognovit, quibus temporibus, quæ stirpes, quæ femina terræ sint committenda: quos fructus sol faciliè auget, ac concoquere. Hanc cognitionem cum mortalibus perhumaniter imparti- visset, dictus est ipse, & ejus filii, cœlum affectasse, Joveque de regno dejecere voluisse. Jupiter fulmen in illos contorsisse dicitur, hoc est ardentissimum ignem, sive scientiarum cœlestium desiderium. Nam cœlestia seire cupientes, divina bonitas ad se rapit. *Natalis Comes Mythologia lib. 2. cap.*

Mercurius propter verborum interpretationem Hermes dicitur, imprimis observator astrorum, & cursus solaris fuisse dicitur. *Diodorus Siculus.* Babylonii primi omnium Astrologiam dicuntur invenisse, omnemque curam in contemplatione siderum collocasse. Ab his Græci positum, gnomonem, & duodecim horas didicerunt. *Idem.*

De anni mensurumque inventoribus, & constitutoribus, constat *Polydorum lib. 2. c. 4. de Rerum inventoribus.*

Menses, hoc est, Lunæ cursus (qui, ut Cicero in 2. de Natura Deorum ait, quia mensura spacia consuevit, menses nominantur) Thebæos Ægyptios omnium primos instruisse, Diodorus affirmat. Quod tamen magis Hebræis, qui haud dubie primi annum constituerunt, tribuendum esse videtur. *ibidem.*

Atlas Promethei frater, ex Japeto & Asia nympha genitus, à quo Mauritaniae mons est insignis nominatus. Eum Urani F. fecit *Diodorus*. Hunc ferunt Astrologi fuisse peritissimum, deque sphaera primum inter homines disputasse: qua ex re visus est orbem suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphaeræ inventionem. *Diod. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 3.* Scriptum reliquit *Zexes Hist.* quinta Chil. Atlantem Ægyptum, qui multis annis Libycæ fuit antiquior, dictum fuisse, cœlum humeris sustinere, quia rerum cœlestium, & astronomiarum primus inventor fuerit apud Ægyptios. Quæ de Hercule Ægyptio, & Atlante dicuntur ab Ægyptiis, Græci ad posteritatem Atlantem, & Herculem Alcmenæ F. transferunt. Dicunt enim, cœlum sustentandam Herculi ab Atlante datum, quia stellarum motus ab Atlante didicerit. Refert *Pausan.* in *Evrot.* Polopoli vicum non procul à Tavagris, in quo Atlas confederat, & ea quæ sunt sub terra, relique cœlestes accurata diligentia investigarit. Sunt qui dicant, Atlantem primum fuisse, qui Lunæ cursum observaverit: quod alii tamen tribuant Arcadi Orthomem filio, unde dicta est Arcadia: quare Arcades ante Lunam, vel potius ante Lunæ observationem gloriantur se natos esse. *Natalis Comes lib. 4. cap. 7. Mythol.* Constantis fama est, Herculem Thebanum fuisse peritum Astrologiæ. Quo argumento apparet, quæ peritotum de heroum fuerit, ad eum qui Alcmenæ fuit, vana persuasionem referri. Vix crediderim fieri potuisse, ut iis qui monstra rerum omnibus sit teris insectatus, astrorum scientiam tam ociose vacare potuerit, ut major aliquis inde profectus sit scientis. Satis constat, Atlantem, à quo Hercules eam disciplinam adeptus dicitur, Perseo æqualem fuisse, aut aliquantò natu majorem. Perseus Alcmenæ fuit proavis. Quo colligitur, neque atate, neque locorum commercio contingere potuisse, ut Hercules fuerit ab eò institutus. Nec multo post constabunt tempora, si ad eum Atlantem, qui in Italia regnavit, id referas. Neque ad Major partem, qui Arcadiæ fuit incolæ, ea institutio referri potest, qui multum diversa fuit ætate. Veriora igitur videtur mihi secuti, qui Hercules à Lino edoctum crediderit. *Sabell. lib. 5. Enn. I.* Hades quinque, & Plejades septem Atlantis filix dicte sunt, quòd stellæ hæc primis obviaverunt, & siliarum sitarum nomina illis indidit. *Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 7.*

Lucianus in dialogo de Astrologia, Pthryxum, qui arcu velletis arcte vinctus per mare Colchos pervenit, rerum cœ-

L. B. Theatr. vit. Human. T. om. 1.

lestium scientia insignem, Arietis sidus primum obviavisse E scribit. *Natalis Comes lib. 6. cap. 9. Mythologia.*

Atreus solis eclipsin invenisse dicitur. Unde signum tum illud de sole retrogrado. Palamedes Nauplii, & Clymenes filius, Astrologiæ peritissimus, annum mensurum ad cursum Solis apud Græcos accommodavit: primusque in castris vim arque formidatam Solis eclipsin dixit naturalem, minimeque timendam esse, sacrificareque soli iussit. *Philofraus in Heroicis.*

Thales Milesius Uræ minoris inventor fuit, eaque stellarum notavit, quas in navigando Phœnices observare consueverunt, teste *Callimacho.*

Kai tes doudens thymen saduhoas & tes doctores, & thymen thymos.

Primus quoque solis cursum reperit à conversione in conversionem: & Solis magnitudinè lunatè globum comparatum, 720. illius partem esse affirmavit. Mensis ultimam, *περισσώδη* vocavit. Primus circuli triangulum rectis lateribus descripsit, & bovem immolavit, teste Pamphila. *Laertius lib. 1.*

Hipparchus Nicæus novam stellam ævo suo genitam deprehendit, & primus stellæ numeravit, organaque excogitavit, per quæ singularum loca, & magnitudines deprehenderunt. *Plinius lib. 2. cap. 12. & 25. & Sabellius lib. 10. cap. 8.*

Stellæ Veneris vagam naturam, solisque & lunæ æmulam, Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadagesima secunda, qui fuit urbis Romæ annus centesimus quadagesimus secundus. *Plin. lib. 2. cap. 8.*

Parmenides Eleates, Xenophanis auditor, primus animadvertisse videtur eundem esse vesperrum, & luciferum; ut Phavorinus testatur. Alii tamen hoc Pythagoræ tribuunt. *Laertius lib. 2.*

Umbrarum rationem, & quam vocant gnomonicam, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulum: primusque horologium, quod appellavit sciotericon, Lacedæmone ostendit. *Plin. lib. 2. cap. 76.*

DOCENDO. DOCTORES ASTRONOMIÆ.

Alexander Polyhistor, apud Eusebium, Abrahamum natum ait decima post inensationem generatione in Camarine Babylonice urbe, quam alii Urdien vocant, quod Græcè *Χαλδαιων* sonat, hoc est, Chaldaeorum urbem, inventorem apud illos Astrologiæ: justitia & pietate tanta, ut Numini gratissimus, justus sit eo in Phœnicem migrare, quam gentem rationem siderum, aliisque magnas, & præstantes artes edocuit: itaque facillimè regi illorum conciliatus est. *Nicolaus Damascenus lib. Historiarum 4. Damasci.* Abrahamum regnasse scribit, profectum ex Chaldaea cum exercitu, hinc in Chanaanem venisse, quæ postea Judæa dicta est, magnumque sui, & diuturnam apud Damascenos reliquisse memoriam, villamque ibi ostendi, quam Abrahami domum nuncupent. Sed eum fame Chanaanæ premeretur, in Ægyptum abiisse, congressumque cum illis Sacerdotibus, multum eis profuisse ad rerum cognitionem, & ad pietatem rationemque morum vitæ. Alexander in Heliopoli vixisse eum aliquandiu perhibet, nec professum se Astrologiæ inventorem, sed à majoribus suis jam inde ab Enoch traditam sibi per manus. Artabanus auctor est, Hebræos ab Abraham nominatos, qui annis 20. in Ægypto fuit, regemque Ægyptum Pharetratem astrorum peritum docuisse, hinc in Syriam reversum. *Ludovicus Vives in lib. 18. Augusti. de Civitate Dei, cap. 2.*

Ferunt, Prometheum, cum natu major esset Epimethæo, ultro illi regnum Thessaliæ concessisse administrandum, ac dedidisse fortuorum rerum contemplationis inquisitioneque, ac in primis cœlestium. Ideo altissimum ascendisse Caucasum, ut sereno cœlo quam longissimè astra signorum orbitas, & ortus spectaret. Inde cum descendisset, Chaldaeos edocuisse artem, simul & multa quæ ad vitam ceteri videntur pertinere: illudque de partu jecinoris ad curas & ambiguitates subinde alias ex aliis renascentes spectare credo. Esti inter pre Apollonii Rhodii fluvium esse scribit, Aquilam nomine, qui Prometheæ regionis, quæ ad radices Caucasu sita est, hepar raderet. *Ludovicus Vives in lib. 18. Augusti. de Civitate Dei, cap. 8.*

